C

LOCVS.

Longius Equiſetū in aquoſis locis & ſcrobibus prouenit, nec eo in foſſis prope aquas & umbroſis locis alia planta frequentior eſt, ut hoc nomine χαράδλρωνον Græcis dictum ſit. Necꝫ enim χαραδλρα aliud eſt illis niſi terręrima & fiſſura. ἔφυδρον etiam non alia ratione, quàm quod in aquoſis produceretur, nominauerunt. Alterum in pratis inuenitur, nec ferè frequentius occurrit, inuiſa fœniſecis.

χαράδλρωνον. ἔφυδρον.

TEMPVS.

Vtruncꝫ æſtate ſuis in locis copioſe prouenit.

TEMPERAMENTVM.

Adſtringentem cum amaritudine facultatem, ac proindè ualenter ſimulcꝫ citra mordicationem exiccantem, obtinet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Herba ipſa adſtringit, quapropter ſuccus eius ſanguinem ex naribus erumpentem ſiſtit. Dyſentericis cum uino potus confert. Vrinam cit. Folia cruenta uulnera glutinant trita & inſperſa. Herba & radix tuſſientibus, orthopnoicis, ruptiſcꝫ ſuccurrit. Quinetiam inteſtinorum diuiſiones, ueſicæ diſſectionem, & inteſtinorum ramicem coaleſcere cogicꝫ folia in aqua pota feruntur.

EX GALENO.

Vulnera maxima conglutinat, etiamſi præſectos eſſe neruos contingat: præterea inteſtinorum ramices cogit. Cæterum ad ſanguinis reiectionem, ad fluxū muliebrem, potiſſimum rubrum, ad dyſenterias, & ad alia uentris profluuia generoſum eſt medicamentum herba ipſa aut ex aqua, aut ex uino epota. Sunt qui de ea ſcriptum reliquerunt, quod nonnunꝫ etiam ueſicæ, & tenuium inteſtinorum uulnera ſuccus ipſius ſanauerit. Prodeſt etiam profluuio ſanguinis ex naribus, tum
D fluxu obnoxijs in uentre affectibus ex auſterorum quopiam uinorum potus, ac ſi febre teneatur ex aqua.

EX PLINIO.

Vis eius ſpiſſare corpora. Succus ſanguinem è naribus fluentem incluſus ſiſtit, item aluum. Medetur dyſentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Vrinam cit. Tuſſim, orthopnœam ſanat: item rupta, & quæ ſerpunt. Inteſtinis & ueſicæ folia bibuntur. Enterocœlen cohibet.

DE HIBERIDE▸ CAP▸ CXXI▸

NOMINA.

Naſturtium agreſte.

ΙΒΕΡΙΣ, ἡ καρδιαμαντικὴ, ἡ ἀγριοκάρδιαμος Græcis, Galeno & Paulo alio nomine Lepidion: Hiberis, Naſturtium agreſte Latinis appellatur. Officinis noſtris incognita. Germanis Gauchblům/ non alia ratione quàm quod pleroſcꝫ qui in illius notitiam nondum peruenerunt, infatuet.

Agriocardamon cur dicta.

Poteſt etiam cōmodè dici wilder Kreß. Cardamantice, & Agriocardamū Græcis appellata, quod radici odor inſit Naſturtij: uel quod eius folia partim Naſturtio aquatico, quod à Dioſcoride Siſymbrium cardamine dicitur, partim etiam hortenſi, quod Cardamon Græcis nominat, ſimilia ſint: uel quod guſtu Naſturtiū referant.

FORMA.

Folia Naſturtio ſimilia habet, uerno tempore uirentia, cubitali longitudine, aut minore, flore lacteo, radicibus duabus, ſed una apud nos frequentius, nititur, odore Naſturtij quamacerrimo. Ex qua nimirum deſcriptione omnibus perſpicuum fit, herbam cuius picturam exhibemus eſſe Hiberida: caulem enim cubitalem obtinet, foliaꝫ Naſturtio ſimilia. Quæ enim à radice ſtatim exeunt, aquatici, quæ uero in ſupremo caule emicant hortenſis Naſturtij folia referunt. Verno quoꝫ tempore uirent, flos deniqꝫ lacteus eſt, hoc eſt, in albo purpuraſcens: hunc enim Dioſcoridem